



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitivm  
Spiritvale Christianae Pietatis**

**Véron, François**

**Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]**

7. Vtilitates & adumenta Confeßionis generalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](#)

## PARS SEPTIMA.

*Vtilitates Confessionis generalis, & qua  
ad eam benè instituendam adiu-  
menta.*

**E**xpedit vehemēter, vnica semel Confessione, omnia totius vitæ crimina coram sacerdote exponere. Vtilitates capit homo ex hac re varias: Primum, si quid alias (quod in prima ætate plerumq; accidit) vel ignorantia, vel negligentia, Confessioni defuit, id hac ratione suppletur. Deinde renouatur, & augetur dolor, cum omnia simul peccata cernuntur, quo dolore coniuncto cum Christi meritis, pœna temporaria, quæ culpis etiam per Confessionem expiatis, reliqua erat, aut omnino tollitur, aut multis partibus minatur. Accedit quod hac ratione excitetur ab integro in nobis amor Dei; cum sub uno aspectu tantam videamus peccatorum vim, quibus diuina bonitas, cum grauissimè læsa esset, tamen tanti temporis patientia malitiam nostram pernulit. Denique sic decreto facto de vitæ commutatione, initium capitur recens, tanto melius in posterū collocandi temporis, quanto peius superiori ætate nos collocale intelligimus.

G

Adu-

1. *Vtilitas,  
Suppletio  
cerarum  
Confessio-  
num.*

2. *Doloris  
renouatio,  
ac pœnarū  
imminutio.*

3. *Anorū  
Dei augmē-  
tum.*

4. *Vitæ re-  
moratio.*

**I. Iuuat a-** 1. Adjumenta autem ad Generalem Con-  
gere cū suo fessionem cum fructu, consolatione, & fa-  
**Cōfessario.**

cilitate instituendam sunt ; vt in primis  
cum tuo Confessario de ea conferas, ac iu-  
diciū, & mentem inquiras; qui, te benè co-  
gnito, facile iudicare & sugerere poterit,  
num è salute tua sit, eam vt instituas. Ali-

quibus enim generalis confessio permi-  
tenda non est, sed prohibenda. 2. ad eam  
confessionem compares te oportet vna  
ad minimū, alterave hebdomada ; vt quo-  
tidiè nimirum, aliquid temporis vel ma-  
turini, vel vespertini huic peccatorum om-  
nium discussioni tribuas; breui aliqua ora-  
tione, aut meditatione excitans te ad con-  
tritionem, & dolorem peccatorum tuo-

3. **Memoria** rum. 3. vt faciliè memoriā repetere possis  
locorum, anteactæ vitæ errata, debes expendere do-  
Societatiū, mos singulas, in quibus vel in pueritia, vel  
officiorum, in adolescentia, vel ætate maiore habita-  
o.

sti; socios, quibuscum agere vel domi, vel  
foris solitus fuisti ; quæ loca subinde cum  
illis adieris, quæ feceris, dixeris, &c. Item  
quæ studia tractaueris, quæ negotia o-  
bieris, quibus occupationibus deditus fue-  
ris, &c.

**4. Peccato-** Operæ pretium est in schedam refe-  
rum anno-  
tatio. ras, ea quæ expensa, & obseruata fuerint  
(ne excidant memoria) & pridie quām in-  
stituenda generalis Confessio, non sine  
dolo.

doloris sensu semel atque iterum legas; ut ea coram Sacerdote citra chartam (si possis) explices. Poteris enim sic maiori deuotione, contritioneque illa confiteri. Non <sup>s. bonorum</sup> abs re fuerit, si toto eō tempore, quo te ad <sup>operum fre-</sup> <sup>quematis.</sup> eam confessionē cōparas, operibus aliquibus caritatis, misericordiē in pauperes, pœnitentiæ & animaduersiōnis in te ipsum, solito diligētius, feruēt usq; diuinā implores misericordiā, quo te libentiūs, & promptius in suam gratiam recipiat, ac maiori bus donis & charismatis donet.

Institutâ autem generali confessione, *Quid faciē-*  
*danda erit tibi in primis opera, vt iam ini-*  
*dū post*  
*tium des consuetudini nunquam deinceps Confessionē*  
*intermittendæ, quotidie, minimum se-*  
*generalem.*  
mel, in tuam descendendi conscientiam,  
vesperi præsertim, curesque ne semel ex-  
clusis peccatis redditus pateat. Præterea  
ijs adiumentis vteris, & remediis ad vitæ  
emendationem, quæ sequenti parte adfe-  
rentur.

Est autem nonnullis pia admodum, *Pia & vti-*  
*& vtilissima consuetudo, quotannis se-lis consue-*  
mel peccatorum omnium annuam con-tudo est se-  
fessionē faciēdi, tum ob causas iam dētas, mel quotan-  
tum vt inspiciant, quos illo anno in virtu-nis à postre  
tibus progressus fecerint; quo certè facto ma, confes-  
non obscurè declarant, quantæ ipsi, curæ sionem in-  
sit propriæ animæ salus, ac perfectio. Sicut stituere,

enim bonus paterfamilias quotannis se-  
mel rationes omnes datorum, atque acce-  
pторum colligit, ut statum norit rerum  
suarum; ita Christianus, qui ad negotian-  
dum virtutes est constitutus, praeclarè a-  
git, si quolibet anno videat, quantā ad vir-  
tutes accessionem fecerit, quae vitia depo-  
suerit, quas imperfectiones reliquerit; &  
quantum fieri potest, hunc annum cum  
præcedenti conferens, si aliquid spiritualis  
lucri obseruat, Deo gratias referat; si vero  
detimentum negligentia sua sit passus, ex  
animo doleat, stimulosque sibi ad fortius  
currendum addat.

## PARS OCTAVA.

*Adiumenta sex emendationis vita  
suæ.*1. *Fuga oc-  
casione.*

**A**D remedia emendationis vitæ suæ,  
adiumentaque executionis boni il-  
lius propositi, prodest in primis, fugere oc-  
casiones, quæ ad tæle peccatum solent in-  
dacere; ut ludos, malas societas, familia-  
ritatem personarum suspectarum, adspe-  
ctum oculorum, & id genus alia.

2. *Principe  
tentationis  
propulsatio.*

2. Iuuat plurimum in principio dili-  
genter resistere temptationibus, executando  
a te scintillam prauxē cogitationis, ante-  
quam